Thèses de Luther



AMORE ET STVDIO ELVCIDANDAE ueritatis hæc ſubſcripta diſputabunť Vuittenbergæ, Præſidēte R. P. Martino Luther, Artiū & S. Theologiæ Magiſtro, eiuſdemq; ibidem lectore Ordinario. Quare petit ut qui non poſſunt uerbis præſentes nobiſcum diſceptare, agant id literis abſentes. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

i Dominus & Magiſter noſter Ieſus Chriſtus, dicendo pœnitentiā agite &c. omnem uitam fidelium, pœnitentiam eſſe uoluit.

ij Quod uerbū pœnitentia de pœnitentia ſacramentali (.i. confeſſionis & ſatiſfactionis quæ ſacerdotum miniſterio celebratur) non poteſt intelligi.

iij Non tamen ſolā intēdit interiorē; immo interior nulla eſt, niſi foris operetur uarias carnis mortificationes.

iiij Manet itaq; pœna donec manet odium ſui (.i. pœnitentia uera intus) ſcilicet uſq; ad introitum regni cælorum.

v Papa non uult nec poteſt, ullas pœnas remittere: præter eas, quas arbitrio uel ſuo uel canonum impoſuit.

vj Papa nō poteſt remittere ullam culpā, niſi declarādo & approbando remiſſam a deo. Aut certe remittēdo caſus reſeruatos ſibi, quibus contēptis culpa pro…

vij Nulli prorſus remittit deus culp… humiliatum in omnibus ſacer…

viij Canones pœnitentiales ſolū … morituris, ſecundū eoſdem d…

ix Inde bene nobis facit ſpiritusſa… is decretis ſemper articulum …

x Indocte & male faciūt ſacerdo… canonicas in purgatorium r…

xj Zizania illa de mutanda pœn… rij, uidentur certe dormientib…

xij Olim pœnæ canonicæ nō po… tebantur, tanq̃ tentamenta …

DISPVTATIO DE VIRTVTE INDVLGEN.

xiij Morituri, per mortem omnia ſoluunt, & legibus canonū mortui iam ſunt, habentes iure earū relaxationem.

xiiij Imperfecta ſanitas ſeu charitas morituri, neceſſario ſecum fert magnū timorem, tantoq; maiorē, quāto minor fuerit ipſa.

xv Hic timor & horror, ſatis eſt, ſe ſolo (ut alia taceam) facere pœnam purgatorij, cum ſit proximus deſperationis horrori.

xvj Videntur, infernus, purgatorium, cælum differre; ſicut deſperatio, prope deſperatio, ſecuritas differunt.

xvij Neceſſarium uidetur animabus in purgatorio ſicut minui horrorem, ita augeri charitatem.

xviij Nec probatū uidetur ullis, aut rationibus, aut ſcripturis, q̃ ſint extra ſtatum meriti ſeu augendæ charitatis.

xix Nec hoc probatū eſſe uidetur, q̃ ſint de ſua beatitudine certæ & ſecuræ, ſaltem oēs, licet nos certiſſimi ſimus.

xx Igiť Papa per remiſſionē plenariā omniū pœnarū, non ſimpliciter omniū intelligit, ſed a ſeipſo tīmmodo impoſitarū.

xxj Errant itaq; indulgentiarū prædicatores ij, qui dicunt per Papæ indulgentias, hominē ab omni pœna ſolui & ſaluari.

xxij Quin nullam remittit animabus in purgatorio, quā in hac uita debuiſſent ſecundum Canones ſoluere.

xxiij Si remiſſio ulla omniū omnino pœnarū pōt alicui dari; certū eſt eam nō niſi perfectiſſimis .i. pauciſſimis dari.

… eſt, maiorem partē populi; per indifferentē … am pœnæ ſolutæ promiſſionem.

… et Papa ī purgatoriū gñaliter talē habet … curat' in ſua dioceſi, & parochia ſpāliter.

… nō poteſtate clauis (quā nullam habet) … agij, dat animabus remiſſionem.

… ui ſtatim, ut iactus nūmus in ciſtam tin… at animam.

… ſtam tinniente, augeri quæſtum & auari… ū aūt eccleſiæ eſt in arbitrio dei ſolius.

… imæ in purgatorio uelint redimi, ſicut de … paſchali factum narratur?

… ueritate ſuæ contritionis; multo minus

a ij

Luther, un moine allemand, publie
95 critiques du pape et de l'Eglise.
C'est le début des chrétiens Protestants.

Téléchargé gratuitement sur www.clesdelaclasse.fr